Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25974
Copyright: Admont, Benediktinerstift

mo sce conuersationis bestiales hominum
mores tollamus ministerium angelorum mereamur
a quibus corpore soluti ad eterna gaudia
transferamus
Sup cap xiii [A]lia die iterum stabat iohannes et ex
b iom discipulis eius duo. Et respiciens
ihesum ambulantem dixit. Ecce ag
nus dei. ecce qui tollit peccatum mun
b iom di. Typice iohannes .i. populus grecie altera die .i. post
legem cognoscit agnum quo redimuntur.
Ambulatio ihesu dispensationem incar
nationis qua nobis exemplum uiuendi
dedit insinuat. sicut mansio eius eterni
tatem diuinitatis. Statio uero iohannis
et discipulorum eius ostendit quam ipse illa
uirtutum arce conscenderat. a qua nul
lis temptationibus poterat deici. et discipuli
magisterium eius corde sequebantur. Vel
aliter. Stabat iohannes .i. cessabat lex tamen
testimonium perhibens christo. Deambula
bat ihesus .i. gratias hinc et inde colligens.
Agnus innocentis immolandus pre
figuratur. in magno paschali quomodo
peccata tollat apostolus petrus ostendit
dicens. Non corruptibili argento
uel auro redempti estis de uana uestra
conuersatione paterne traditionis.
sed precioso sanguine quasi agni inco

taminati et immaculati ihesu christi. Et iohannes
in apocalipsi. Qui dilexit nos et lauit
nos a peccatis nostris in sanguine suo. Non
solum autem lauit nos quando sanguinem
suum dedit pro nobis. et quando baptizamur in mis
terio passionis illius. uerum et cotidie lauat
nos in sanguine suo cum eiusdem beate passio cap. clvi.
nis memoria ad altare replicatur cum panis
et uini creatura in sacramentum carnis et sangui
nis eius ineffabili spiritus sanctificatione transfer
tur. Peccatum mundi dicitur originale pec M
catum quod per primum hominem initiauit
in uniuersum genus humanum.
[E]t audierunt eum discipuli loquentem
et secuti sunt ihesum. Conuersus autem
ihesus et uidens eos sequentes se dicit eis.
Quid queritis. Desiderantibus precipue uerbum b iom
gratie potius ab ipso quam audire dat fiduci
am quecumque uellent interrogandi. Con alb
uersus autem quasi faciem prebuit cum de
maiestate descendit ut perfecti uidi diu
per umbram legis euangelii lucem exhibuit.
[Q]ui dixerunt ei. Rabbi quod dicitur inter
pretatum magister. Vbi habitas.
dicit eis. Venite et uidete. Nolebant b iom
transitorie magisterio ueritatis perfrui.
sed mansionem querebant ut plenius ab
eo perfecti instrui. Admonentur quoque nos. ut